

LXXXII predictum ad mensem Augusti diem prearratum exceptis tamen in premissis in registris capituli comprehensis quibusdam, que acta fuerunt temporibus, quibus notorie absens fui a civitate Hildensem et tamen nominatus fui in literis capituli circa illius temporis acta ut presens et consensiens et hec tempora designo ut anno domini millesimo CCCLXII a dominica ut credo Letare (März 27) usque ad vigiliam b. Matthei (September 20) fui absens in peregrinatione, item de anno LXIII immediate sequenti vacante ecclesia Hildensemensi in negociis ecclesie me absentavi et incipiendo ante dominicam Letare (März 12) remansi absens usque ad dominicam proximam (Mai 14) ante festum penthecostes et de anno LXVIII sequenti incipiendo circa epiphaniam domini (Januar 6) vel non longe post illo anno et LXIX et LXX et LXX primo usque ad feriam secundam post Letare (März 17) fui absens propter litem, quam habui pro nova civitate, <sup>1)</sup> et infra paucas dies postquam fui reversus accessi curiam Romanam, de qua non fui reversus Hildensem ante tempora messis eiusdem anni. <sup>2)</sup>

Item non per omnia expresse consensi literis, quas dominus Gherhardus episcopus Hildensemensis et capitulum ex una parte et dominus Magnus dux Luneburgensis et Brunswicensis parte ex altera invicem consenserunt, quarum data scribitur de anno domini millesimo CCCLXXII in die trium regum <sup>3)</sup> (Januar 6) sed circa proxime designatas literas taciturnitas sub-

<sup>1)</sup> Nicolaus erwirkte in dieser Sache die Bullen Papst Urban's V. von 1368 October 26 Rom und Gregor's XI. von 1371 Juli Avignon.

<sup>2)</sup> So urkundet Nicolaus in der That mit dem Domcapitel zu Hildesheim, z. B. 1368 sonnabend in der vasten vor Letare (März 18) und 1371 mitwoch in der vasten (Februar 26) im Widerspruch mit den obigen Angaben.

<sup>3)</sup> Sudendorf, Urfundenbuch zur Geschichte der Herzöge von Braunschweig und Lüneburg, IV, n. 236, 237.